



**Fama Postvma Praesvlvm Antverpiensivm**

**Hugo, Hermann**

**Antverpiae, 1611**

Mirævs biennio toto Dignitatem oblatam repudiauit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69073](#)

*Et lacrymis lacrymas: fatum tua gaudia quondam,  
 Et mors antiquos rapuit crudelis amores,  
 Deliciásque tuas: non hæc dedit oscula ferre  
 Semianimésque genas, oculósque in morte natantes  
 Condere, & extremum largiri in funere manus;  
 Vinaces tamen hæc animis indulget amores:  
 Extinctum tu semper ama, post fata superstes  
 Spiret amor, memori extinctum sub pectore condens.*



*OSTQVAM abierat Cameracum  
 GVLIELMVS A BERGIS, diui-  
 nitus ad leuandam temporum  
 calamitatem anno 100. IOC. IV.  
 IOANNES MIRÆVS Bruxellensis, vir  
 natus ad propagādam fidem Christianam,  
 ALBERTI ARCHIDVCIS designatione,  
 Antuerpiensibus Præful datur. Sed quan-  
 tus ille vir fuerit, quām ab omni ambitione  
 alienus, audiat attonita posteritas:*

**M I R Æ V S**  
**biennio toto DIGNITATEM**  
**oblatam repudiauit.**

*Ergone lassato nondum vestigia gressu  
 Cessanere fugâ? quid desolata fatigas  
 Pectora, & acceptos geminas MIRÆ dolores?  
 Vsque adeóne Anuersa suis onerosa tiaris?  
 Sic vitta sublime decus, sic aurea mitre*

*Gloria,*

Gloria, & oblati deterrent pondera sceptri?  
 Bis flavo exuti spicarum vellere campi  
 Phœbeum videre iubar, bis cana prainis  
 Bruma suis niueâ subtexit gramina pallâ;  
 Nec te sollicitis supplex Anuersa querelis  
 Flectere, nec sauis potuit concussa ruinis?  
Quoniam hic usque metus tituli? cur inclita vitas  
 Munera? cur merito temet furaris honori?  
 Nonne vides, tumidis multum ratis acta procellis,  
Quam pelagi casus tempestatisque gubernant,  
 Aeolij cùm claustra iugi montemque recludens  
 Ventorum pincerna truces diffibulat Austros,  
 Ut rapido volet alta salo, cacoque rotatu  
 Equoreum confundat iter? sic fluctuat inter  
 Undantes Anuersa minas, quam sua potestas  
 Oceani, errantisque trahunt circum undique venti,  
Quæ dudum insani pelagi turbata fragore  
 Orsa tibi: MIRÆ veni; quoniam usque vocantem  
 Frustraris? succede meis Palinure periclis:  
 Adde manus, viduamque subi torquere carinam?  
Quid cessas, iterumne fugis? rursumne precantem  
 Despicis, & sacra subducis collatiare?  
Quid iuuat obscuris virtutem claudere septis?  
 Erumpet, feret illa suas ad sidera pennas,  
 Impatiensque premi, maiori luce prementem  
 Cinget, & aternis declinantem inseret astris.  
 Nec cedet reiectus honos, dum cedis. at altâ  
 Qualiter astrium qui decipit arbore solem  
 Huc illuc sese ipse rotans, dum frondea circum  
 Tecta suas latè lampas Phœbeia vires  
 Fundit, & inflexo Titan conuertitur orbe;  
 Cingitur inclusus radiis, multoque calore  
 Spargitur, & solem nescit vitare sequentem:

Sic



*Sic magis atque magis virtuti debita spernens  
Munera, & oblatos fugiens MIRÆ fauores,  
Anuersæ stringere manū; circumque volutus  
Nequidquam, meritæ sertis decorabere vittæ.*

Canebat Iacobus de Cater.

IOANNI MIRÆ  
Episcopatum declinanti  
Lusus, de vmbra corporis pedissequâ.

*I*gneus æthereas Dictator scanderat oras,  
Flammabatque poli vultus, nitidumque cubile  
Astrorum, lucis radio meliore premebat:  
Cum forte ardenti properans sub sole viator  
Extimuit comites umbras, obuerisque præbens  
Terga fugæ, propriæ trepidabat imagine formæ.  
Plutonem laxasse Erebum, rupisse catenas  
Eumenides, castrisque in se surgentia credit  
Tartara, & exangues iterum praludere manes:  
Pennificat formido gradus: percurrit anhelâ  
Fauce nemus, tremulumque agitant suspiria pectus.  
Illa fugit, sequiturque tamen: simulatque labores,  
Et domini motus imitatrix umbra refingit:  
Quoque rotat sese, sociata pedissequa fertur  
Nondum lassa comes: gressusque fatigat heriles,  
Velocesque metus simulatrix pingit imago.  
Sic post quam proprios diffudit pulchrius ignes  
Virtutis MIRÆ iubar, diraque tenebras  
Dispulit inuidia; simulacra sequacia famæ,  
Augustosque fugis titulos: famulatus honorum  
Insequitur, cinguitque propinquis gloria turmis:

Vicinus